

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Christian Heinrich Breuning

**Interpretationis Ex Herennio Modestino**

**Specimen IIII : ... Epistola Gratvatoria Ad Virvm ... Carolvm Gottfried Stravpitz  
Zittaviensem Lvsatvm ...**

Lipsiae: Ex Officina Langenhemiana, [1753]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870654233>

Band (Druck)   Freier  Zugang   



K. K. — 1 (49.)






57 Nüd 8

H. Breunigii Dissertationes  
et Programmata.

XLIX.



4.

SPECIMEN III.  
INTERPRETATIONIS  
EX  
HERENNIO MODESTINO

CVI  
PRAEMISSA EST  
EPISTOLA GRATVULATORIA  
AD

VIRVM PRAENOBLISSIMVM  
DOCTISSIMVM  
CAROLVM GOTTFRIED  
STRAVPITZ

ZITTAVIENSEM LVSATVM

A COLLEGIO DISPVTTATORIO

SVB PRAESIDIO

VIRI CONSULTISSIMI AMPLISSIMI  
EXCELLENTISSIMI

D. BREVNINGII  
HACTENVS INSTITVTI  
SOCIIS  
MISSA.


---

LIPSIAE  
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

III  
EXAGINATIO  
INTERPRETATIONIS  
HIERONIMO MONTAGNI  
ALLEGORICA GRATIA  
MUNIFICENTIA PRAECLARIS  
CAROLI GOTTFRIED  
STETTERE  
COLLEGIO DIUTATORIO  
AISI CONSULTANTIA IMPERATORIS  
D. B. R. N. I. N. I. I.

V I R  
PRAENOBILISSIME DOCTISSIME  
AMICE PRAESTANTISSIME

**S**ingularis *TVA* animi integritas, quae firmissimam nobis paravit amicitiam, cuius memoriam nulla unquam delebit obliuio, exigit, ut omnino monumentum eidem ponamus, quod omne tempus ferret. At nostrae vires prohibent, quo minus tam perpetuum sit illud monumentum, quod *TVAE* amicitiae nobis gratissimae pietas nostra constructura est. Voluntas tamen, quae posse nostrum superat, saltem *TIBI* probanda videbitur, cum certissime de integritate animi nostri constet. Felicissima ceterum est occasio, nobis data, qua *TE* publice in Themidis sacrario sub moderamine *PRAECEPTORIS NOSTRI CONSULTISSIMI* strenue disputantem audiimus, gloriaeque *TVAE* partae testes interfuimus. Gratulamur pie, optantes, ut mox uberrimos diligentiae *TVAE* et scientiae capias fructus, quo et aliquando in solarium *VENERANDI PARENTIS TVI* et splendorem *FAMILIAE* digna habeas premia. Auerruncet abs *TE NVMEN*, quicquid commodis *TVIS* contrarium unquam esse possit. Caeterum, cum *TVVS* discessus ab Academia nostram quoque amicitiam tristitia adimpleat, hoc tantum rogamus, ut eam perpetuo nobis conseruare absens velis. Nos vero sancte promittimus, apud nos nec *TVI* nec *TVAE* amicitiae memoriam unquam intermorituram, qui eidem nos amplius commendamus. Vale. Dabamus Lipsiae die VI. Aprilis CCCCCC LIII.



HERENNIUS MODESTINVS  
DE  
EXCVSATIIONIBVS  
LIBRI I.  
FRAGMENTVM III.  
LEX II.  
QVI PETANT TVTOR. VEL CVRATORES.

§. II. **T**ὰ δὲ περὶ τῆς μητρὸς §. II. **Q**uae autem de matre προειρημένα δηλοῦ-  
ται ἐν ἐπισολῇ ΣΕΒΗΡΟΥ, duntur in epistola diui SEVE-  
NS τὰ ἔγματα ὑποτέτακτα: RI, cuius verba subiecta sunt.  
DIVVS SEVERVS CVSPIO RVFINO. OMNEM MELIORA-  
TIONEM ADHIBERE SVBVENIENDIS PVPIILLIS, CVM AD  
CVRAM PVBLICAM PERTINEAT, LIQVERE OMNIBVS  
VOLO,

COMMENTARIUS.  
ΣΕΒΗΡΟΥ.) Male versatur *Ant. AVGUSTINVS* paulo infra b. I. quod latina a Triboniano apposita esse coniicit ex sola ea ratione, quod credendum non fit, *Modestinum dum Graece scripsit, latine quedam scripsisse*. Sed iam refutauit eum *Ant. CONTIVS in Not. Margin. ad b. I.* licet hoc loco refutandus non erat Augustinus, qui dubitare non videtur rescripta et epistles latine a Modestino appositas esse: nihil vero dixit de Legum verbis et quae e ICtorum libris citantur. At quod, b. I. §. 5. prius scriptum erat οὐδὲ οὐδὲ πιάνος ὁ κράτιος αὔτως γράφει, paulo post vero romano Sermon possum: *Et apud PVALVM Libro nono Responsorum ita relatum est, et ad fin. §. Et alia parte eiusdem libri ita respondit, quae ipsius sunt Modestini*

SPECIMEN III. INTERPRETAT. EX MODEST.

VOLO, ET IDEO QVAE MATER VEL NON PETIERIT TV-  
TORES IDONEOS FILIIS SVIS; VEL PRIORIBVS EXCVSATIS  
REIECTISVE, NON CONFESTIM ALIORVM NOMINA DE-  
DERIT: IUS NON HABEAT VINDICANDORVM SIBI BON O-  
RVM INTESTATORVM FILIORVM.

§. III. Ἐὰν μὲν τοι τὶς ἢ  
δανεισῆς ἢ λεγατάριος, ἢ ἄλλην  
ἀναγνωσίαν ἔχει πρὸς τὸν ὥρΦα-  
νὸν σύστων: αὐτὸς μὲν οὐκ  
αὐτῆσι ἐπίτροπον τῷ ὥρΦανῷ,  
ἄλλα τοὺς αὐτέν τυγχαμένους  
ἀξιώσει αὐτῆσι: ἢ ἐὰν οἵτοι  
ἀποκονήσωσι, τότε προσελθῶν  
τῷ ἡγαμένῳ αὐτὸ τοῦτο ἐρεῖ:

§. III. Siquidem aliquis vel  
foenerator vel legatarius vel  
alius necessarium habeat aduer-  
sus pupillum prosecutionem:  
ipse quidem non petet tutorem  
pupillo; sed eos qui petere  
possunt, rogabit petere: vel si  
hi neglexerint, tunc accedens  
τῷ ἡγαμένῳ αὐτὸ τοῦτο ἐρεῖ:  
ad praesidem, hoc ipsum di-

C O M M E N T A R I V S.

stini, non vero τὰ τῶν γόμων δίκαια Augustini opinio inde orta. Sed quare  
in hoc Tribonianii nomen deferamus? Quis dabit leges Modestino, quā  
ratione scribat, qui breuitatem sequitur, ne inter ICtorum textus graeca  
quaedam adscriberet. Non enim in emendandis locis eo respiciendum est,  
qualiter autor rem confidere debuerit, sed quomodo perfecerit. Et quid?  
Si Vlpiani simul Pauli libros citantis verba sint?

QVAE MATER) geminationem inuenit *Pardulph. PRATEIVS Geminat. L.I.*  
*cap. 24. ob ea, quae scripta sunt iisdem verbis in L. 2. §. 23. ad SCt. Ter-*  
*tyllianum.* Fatetur quidem ipse pertinere ex parte ea quae Vlpianus dixerat  
*ad SCtum Tertyll.* Sed nihil id ipsum mouit, quin geminatis male legibus  
non adscriberet, sed dixit potius, *aequissima hac epistola usum esse Tribonianum*  
*more cothurni.* At frustra haec. Non enim positum fuit in voluntate  
Tribonianii, vt hanc epistolam vel legi nostrae non adiiceret, vbi probandi  
causa tamen, a quo necessario tutor impuberibus petendus esset, alleganda  
erat, vel in Vlpiano negligeret, qui tamen omnia fere verba interpretat-  
tur, in quantum videlicet mater ad successionem ab intestato vocatur, si  
contra illud ius peccauerat. Sed satis defendit Tribonianum suum ipse  
Imperator EPISTOLA Δέδακεν ήπιν §. 13.  
dareisῆς male barbarus foenerator, rectius *Ant. AVGUSTINVS b. 1.* creditor,  
qui et monet contentionem, seu vt *CONTIO* in not. ad h. 1. placet contro-  
ueriam seu item σύστων dici, vti latina vox consistere eodem significatu  
legitur in Rescripto ANTONINI in L. 1. C. qui pet. tut, cuius verba sunt:  
*Imperator Antoninus A. Chysantiae. Admone adolescentem aduersus quem-*  
*uis CONSISTERE, ut curatores sibi dari postuleat, cum quibus secundum in-*  
*ris formulam CONSISTAS: qui si in petendis his cessabit, potes tu competen-*

### 6 SPECIMEN III. INTERPRETAT. EX MODEST.

ίνα πατασαθέντος ἐπιτρόπου νόμιμου ή πρὸς τὸν ὄρφανὸν γένηται σύσασις.

§. IV. Ταῦτα μὲν περὶ ἐπιτρόπων· οὐράτορας δὲ ἑαυτοῖς αἰτήσουσιν οἱ ἀφῆλιμες, ἐὰν μὲν παρῶσι, διὰ εαύτῶν· ἐὰν δὲ ἀποδημῇ τὶς αὐτῶν αἰτήσει διὰ φροντισοῦ.

§. V. Εἰ δὲ ἀλλος αἰτήσαι οὐράτορα δύναται τῷ ἀφῆλιμῳ, ἐξηγήθη· Καὶ ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ ὁ ιράτισος οὕτως γράψει· ὡς δέον ἀλλον αὐτῷ μὴ αἷμα εἰ πετεῖ, σεις ipsum sibi ipsi αὐτεῖν, ἀλλὰ αὐτὸν ἑαυτῷ. Et apud PAVLVVM Libro nono respon-

forum ita relatū est: CURATOREM, IGNORANTE, NEC MANDANTE PVPILLA, NON RECTE EI A TVTORE PETI-

TVM

### COMENTARIUS.

tem iudicem adire, ut in dandis curatoribus officio fungatur. Proutocat et idem Augustinus ad L. 33. π. de iudicis. vbi HERMOGENIANVS dixerat: vix certis ex causis aduersus dominos seruis CONSISTERE permisum est. Et MARCIANVS L. 13. §. 3. de pign. et hypoth. scripsit: Et in Juperficie legitime CONSISTERE creditor potest aduersus quemlibet posse fore. Sic et in L. 49. π. de hered. petit. et L. 1. C. de act. emt. idem significatus verbi CONSISTERE inuenitur. Tenetur vero is, qui controuersiam habet cum pupillo, ut eos, quibus vel necessitas legum vel alia pietatis ratio dedit, ut pupillo tutorem peterent, adeat eosdemque roget, ut suopietatis officio petendo tutorem fugantur. Causa sola est in lite posita, ut is dirimatur et qui quis sibi suum ius habeat. Qui si ergo ii, quos rogauit, non petant, ipse praefidem vel iudicem adeat et qualiter egerit referat, qui ex officio dein legitimū dabit tutorem, quo tandem lis finiatur. έαυτοῖς αἰτήσουσιν.) Id iuris non modo ex Constitutione Antonini quam Augustinus allegauerat patet, sed ita quoque rescriptū ALEXANDER L. 6. C. qui pet. tut. Vbi vero iura matri necessitatē iniunxerant, petendi tutorem filiis impuberibus, quaestio incidit, an et curatorem mater ex necessitate petat. Negat in Alexander in verbis: Petendi autem filiis curatores necessitas matribus imposta non est. Cogit itaque non potest mater, ut curatorem petat; at vero si sponte sua id faciat permisisse videtur id Lex Alexandri et expresse id permisit tutori GORDIANVS L. 7. C. eod. ea tamen causa, si pu-

SPECIMEN III. INTERPRETAT. EX MODEST. 7

TVM VIDERI: FERICVLVMQVE EORVM, QVAE CVRATOR  
NON IVRE DATVS GESSIT, NON SINE RATIONE EVM,  
QVI PETIT COGENDVM AGNOSCERE. *Et alia parte eius-  
dem libri ita respondit: SI MATRIS IUDICIVM PRINCEPS SE-  
CVTVS, CVRATORES FILIAE EIVS DEDIT; PERICVLUM  
ADMINISTRATIONIS EORVM EAM RESPICERE DEBERE.*

§. VI. Oi ὥπωσοῦν ἀΦεθέν-  
τες δι' ἔξουσιατίονος τῆς ἐπιτρο-  
πῆς, ἀνάγνειν οὐκ ἔχουσιν αἰ-  
τεῖν τοῖς ὄρφανοῖς ἐπιτροπον, -  
ώς Φησι ΣΕΒΗΡΟΥ καὶ AN-  
TONINΟΥ διάταξις.

§. VI. Qui qualitercunque  
dimissi sunt per excusationem  
a tutela, necesse non habent pe-  
tere pupillis tutorem, vt ait  
SEVERI et ANTONINI Con-  
stitutio.

LEX

COMMENTARIUS.

Si pupilla, cui rationes suas reddere voluit tutor, sibi curatorem ipsa pe-  
tere neglexerat. Male vero exposuit interpres barbarus ὡς δέον, non licere.  
Sic enim et volentes petere, vt mater et tutor si necessitas exigat, repel-  
lendi viderentur, vbi tamen de sola petendi necessitate certis personis im-  
posta vt in tutela statutum est, ICtus disputat; quare rectius *Ant. AVG-  
VSTINVS b. l.* scripsit: *quasi necesse sit idque tam de aliis dici potest,*  
*quam et de ipso minore ex Lege D. MARCI. A. apud CAPITOLINVM*  
*in Vita Marci.*

(μάτιον) vulgo egregius, *Ant. AVGVSTINVS optimus.* Nec mirum; forsitan  
hunc libellum σύγχρονος Modestinus eo tempore scripsit, quo Praefectus  
Praetorio ipse Vlpianus fuerat, cui apposito hoc honoris vocabulo, digni-  
tatis reuerentiam exhibuit, Paulum vero ICtum non minoris prudentiae  
ciuilis imo forsitan maioris et acutioris ingenii sine encomio citat, quo,  
forsitan motus *AVGVSTINVS*, vt haec a Triboniano apposita censeret, sed  
de hoc supra dictum est. conf. *Henr. CANNEGITERVM in Diff. de ae-*  
*tate et Stilo Flavi Aniani. cap. VI.*

bi ὥπωσοῦν κ. τ. λ.) Haloander haec ab Lege separata ad *Lib. III.* Modestini *Ex-  
cusationum* refert, sed frustra, quare id iam monuit *Ant. AVGVSTINVS*  
*b. l.* imo ipsum argumentum exigit, quippe de iis agit, qui petere tutores  
debeant, quod hoc Libro I. simul exposuerat ICtus.

**LEX XXXI. DIVI SEVERVS. caet.)** Neglexit hanc legem Seueri et Antonini  
*Ant. AVGVSTINVS* in *Comment. ad Modestinum* quam tamen Tribonius  
nus ex *Lib. I.* *Modestini excusationum* vt inscriptio ostendit, exhibuerat.  
Sunt vero interdum plures, qui tutores vel testamento vel Praetoris iussu  
dicuntur, licet non omnes simul res pupilli administrent. Nam vel omnes  
administrant, vel ex his, qui simul tutores sunt, unus saltet tutelae mu-  
nere fungitur, reliqui honorarii dicuntur. *Eo vero themate etiam iura in*  
*con-*

SPECIMEN III. INTERPRETAT. EX MODEST.

F R A G M E N T U M IV.  
LEX XXXI. DIG. DE ADMIN. ET  
PERICVL. TVTOR.


DIVI SEVERVS ET ANTONINVS AVGVSTI SERGIO IV-  
LIANO. FORMA, QVA SINGVLI TVTORES, PRO VT QVIS-  
QUE GESSIT TVTELAM, NON NVNQVAM IN SOLIDVM  
TENENTVR: DVM TAXAT INTRA PVBERTATIS TEMPORA  
LOCVM HABET; NON ETIAM, SI POST PVBERTATEM  
ADMINISTRAYERINT.


C O M M E N T A R I V S.

conueniendis tutoribus singularia et diuersa exposuerunt. Si enim omnes  
administrant, id fit diuisis negotiis vt videlicet quis negotia et bona ur-  
bana curet, alter prouincialia tueatur, in tantum hi conueniuntur, quan-  
tum administrant, vti placuit VLPIANO. L. 4. π. de adm. et per. tut. et  
est in L. 2. C. de peric. tut. adde Hub. GIPHANIVM ad Codic. Tit. de di-  
uid. tutel. Idque etiam procedet si a magistratu imo a patre in testamento  
diuisi facta sit. v. Iacob. CVIACIVM in Paratitl. Codic. Tit. de diuid. tu-  
tel. Si vero conuentione tutorum administratio diuisa sit, nihilominus  
singuli in solidum tenentur, vt placuit CARINO et NYMERIANO in L. 2.  
C. de diu. tut. ita tamen vt minor actiones cedat. Neque ab hac disposi-  
tione iura recedunt, si indiuise omnes simul gesserunt vt iisdem Imp.  
quoque placuit, vbi tamen VLPIANVS L. 1. §. 11. de tutel. et rat. disfr.  
distinguit, an soluendo adhuc sint, nec ne, et si soluendo sint, aequissi-  
mum iudicat diuidi inter eos actionem pro virilibus partibus: quod cessat,  
si reliqui soluendo non sint. L. 2. π. de quib. ad eund. iud. eat, vel si ex  
dolo communi et contumacia conueniuntur, vbi in solidum tenetur qui  
soluendo est et quem pupillus elegit, neque exceptio procedit, vt actio  
diuidatur, vti suadet TRYPHONINV S L. 55. π. de adm. et per. tut. et  
PAPINIANVS in L. 38. π. eod. atque L. 2. C. Si tut. non gess. adde Iac.  
CVIACIVM et GIPHANIVM. 11. cc. Iam incidit quaestio, an et in so-  
lidum teneantur omnes, qui post pubertatem adhuc ex errore forsitan tute-  
lam administrauerint? Negant id Imp. Seuerus et Antoninus et causa forsitan  
in eo posita est, quod pupillus sibi curatorem petere debuisset, neque ii,  
qui tutelam gesserunt, post pubertatem pupilli etiam eiusdem curam su-  
scipere tenentur, quod certi juris est, atque ex Lege DIOCLETIANI et  
MAXIMIANI L. 20. C. de excus. tut. abunde patet.









the scale towards document

ribaret testator filios, testamentum postea rescindet  
ela inofficiosi testamenti, sicque intestatus decede-  
, ut ergo id euitaretur, remedium inuentum nonnulli  
si inter viuos bona aliis donarent, quo factō si ni-  
is supereffet, nihil veniret ad liberos, quibus anti-  
at remedium, cum testamentum haud aedeset, do-  
ro inter viuos firmae atque irreuocabiles essent, quo  
bonis paternis consequi possent liberi. Patet id ex  
*inoffic. donat. ex verbis: Si, vt allegatis, mater ve-*  
*dendam inofficiosi querelam, pene vniuersas facultati-*  
*um ageret in rebus humanis, factis donationibus siue*  
*liberos, siue in extraneos, exhaustū; caet.*

5

#### §. IV.

anc ergo fraudem infringendam legi factam, quae  
imam constituit, postea introducta est *querela in-*  
*nationis*, qua rescindebatur donatio in fraudem suc-  
legitima facta. Argumentum huic iuri introduc-  
t *querela inofficiosi testamenti*. Hinc **V A L E R I A-**  
**L I E N Y S** in *L. 2. C. de inoff. donat.* expresse re-  
d similitudinem *inofficiosi testamenti querelae auxi-*  
*quitatis impertiet*. Porro **I m p p. D I O C L E T I A-**  
**X I M I A N V s** in *L. 4. C. eod.* hocce remedium ad-  
diccas donationes vocant *auxilium ad instar inoffi-*  
*ciuti*. Amplius **I idem in L. 6. C. eod.** rescribunt: *De*  
*donationum ad exemplum inofficiosi testamenti praeses*  
*irisdictionis suae partes exhibebit*.

#### §. V.

batur ergo ab iiis, qui in legitima immodica dona-  
tant mortuo parente donatore, facta donatio inter

A 3

viuos.

Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 011